1598 die 20 Aprilis

Ex MS. Arch. Stan. Aug. Regis.

Est in Bib. Zal. N° 266.



# Clementi Papae VIII Sigismundus Tertius Poloniae et Sueciae Rex

Nuncium abeuntem Pontifici Clementi commendat.

Malaspina

Cum Nuntius Stis Vrae Rndus Eppus S. Severi ad Stem Vram redeat, no:
lui sine testimonio mearum literar. eum a me discedere, non quod vel ipsam
agere intelligerem, vel me ambitio aliqua eo adduceret, sed ut Legationis per
tot annos integerrime, ac cum summa laude apud Nos factae, vel eum glilem:
cunq fructum a me referret. Nec vero res mihi parva videtur, in tam gravi mu:
nere ita versari, ut et ejus, a quo missus fuit dignitati omnibus in rebus sa:
tisfaciat, et non minus tum eorum apud quos Legatione fungatur constantem
voluntatem, studiaq retineat, tantoq magis, si non uno, atq altero anno, sed se:
ptem fere continuis, quibus in hac Legatione apud me versabatur, omnia
illa praestita sunt. Non possunt ista certe sine summo ingenio, prudentia
dexteritate, et quod primum omnium est, sinceritate, et integritate, cuiquam
contingere. Quae quidem cum ab initio homines Nostri mox in eo perspi:
cere, deinde amare etiam caepissent, minus mirandum est, quod et per illud
omne tempus gratissimum omnibus fuerit, et nunc virtutum earum sicarum
studium, apud omnes relinquat. Eo quidem ea maxime pervenerunt, ut
non modo testimonium illarum literis suis, ipse quoq apud Stem suam
exhiberem: Sed ut eum Sti Vrae commendarem, quemadmodum quidem
tanquam omnibus ornamentis dignissimum tanto studio S. V. commen:
do majore ut commendare non possim: Ac non dubito quin etiam sua spon:
te omnia virtuti ejus Stem Vram tributuram, ad eam tamen erga illum
Clementiam, si aliquem etiam a me commendationis cumulum acce:
dere passa fuerit, gratissimum mihi certe erit, si non parum etiam meam
commendationem profuisse sibi apud Stem Vram re ipsa perspexerit
Quod reliquum est, Stae Clementiae S. V. me regna ditionesque meas
iterum quam diligentissime commendo Dat. Vars. die 20 Mensis
Aprilis A D 1598.

66